



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 23. Pontifex mutata sententia declarationem Legatorum arbitrio
reliquens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

§. XXIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1562.*Pontifex mutata sententia declaratio-
nem Legatorum arbitrio
relinquens.*

His itaque literis Papa Legatis hæc nuntiabat: „cum vestra opinio eo abeat, ut in proxima Sessione de Synodi continuatione nulla fieret mentio, hinc totum hoc negotium vestræ relinquendum prudentiæ, vobisque plenam hanc vocem supprimendi libertatem concedo: solliciti tamen sitis, ut primum meum mandatum ad vos transmissum silentio prematur, ne novi inde tumultus oriantur: nunc ergo materias, quæ sub Julio III. discutiendæ supererant, examinare continuetis, cum hac ratione reipsa Synodi continuatio fieret, quin tamen illa vox adhibeatur, usquedum magis opportuna temporis, rerumque vicissitudo id permiserit. Ceterum tam inopinæ mutationis causa erat, quod Papa Franciæ Oratores offendere pertimesceret, qui abs dubio, si hæc declaratio fuisset facta, tumultus sat periculosos concitassent; jam enim ex Pibraci oratione collegerat, Gallos Oratores ad quævis audenda proclives esse, de quorum audacia ipsemet Papa coram Intulano verbis oppido vehementibus questus edixit, quod libel-

*Pallav. n. 43
Mem. de
l'Isle a l'Ab-
be de S. Gil-
das pour le
Roi de Fran-
ce dans le
mem. pour
le Conc.
pag. 212.*

Sæcul. XVI. libellum, atque Franciæ Oratorum ser-
A.C. 1562. mones magis decuisset proferri ab Hu-
 genottarum Oratore, quam a Regis
 Christianissimi Legato.

§. XXIV.

*In Congregatione de responso Fran-
 ciæ Legatis dando deliberatum.*

Pallav. c. 12. Cum ergo acceptis hisce Papæ literis
num. 5. res in eodem relinquerentur statu,
Sarpus in quo ante priora Pii IV. mandata
p. 494. erant, hinc tertia Junii die habebatur
 Congregatio, in qua sancitum, in de-
 creto altera die in Sessione promulgan-
 do declarandum esse, quod proposita-
 rum quæstionum decisio ad aliam re-
 jiceretur Sessionem: pariter ibidem
 prælectum, atque approbatum fuit re-
 sponsum Franciæ Legatis reddendum,
 cujus rei cura demandata est Joanni
 Baptistæ Castellio.

§. XXV.

*Sessio Tridentini Concilii vigesima,
 seu quarta sub Pio IV.*

*Labh. Col-
 lect. Conc.
 p. 849. Et
 1179.* Die quarta Junii, solemnibus pro more
 adhibitis, celebrata est Sessio vige-
 sima, quæ regnante Pio IV. Papa nu-
*Pallav. l. 16.
 cap. 12. n. 5.
 Et 6.* mero quarta erat, in qua recitatis man-
 datis, ac concessæ agendi facultatis
 literis, quas jam nuper memoratas
 Gal-